



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 34. Labor Monachorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

res opprimunt, non acceptabuntur. Pau-
peres Ecclesiæ senes majori, quam cœte-
ri, honore colentur. Laicus, præsentibus Clericis, nisi iussus, non doceat. Mu-
lier, quamvis doctissima, & sanctissima in
conventu viros non doceat, nec unquam
baptizet; hoc extra casum necessitatis
intelligendum. Illum, qui regimini Mo-
nialium præficiendus est, Episcopus exa-
minet. Moniales, paupertatis obtentu
cum Clericis familiariter non vivant. Vi-
duæ, quas Ecclesia sustentat, de solo Deo
cogitent. Si matrimonium ineant, vel,
etiamsi raptæ, deinde raptori nubant, ex-
communicentur. Hi sunt Canones quarti
Concilii Carthaginensis, antiquis tempo-
ribus celebres, quorum plerique hodie-
dum observantur.

§. XXXIV.

Labor Monachorum.

Labor manuum, qui in Concilio Car-
thaginensi Clericis suadebatur, mul-
to magis Monachis inculcabatur. De
hac materia habemus S. Augustini Tra-
ctatum, haud multo post hæc tempora
scriptum. Ansam scribendi sibi datam
sic ipse refert: *cum Carthagine Monaste-
ria oriverentur, Monachorum aliqui, Præ-
cepto Apostoli parentes, manuum suarum
labore vivebant, alii piorum hominum ob-
lationibus sustentari volebant, & non la-
borare,*

Sæculum IV.
A. C. 398.

93.

94.

83.

98.

99.

100.

97.

46. 102.

103.

104.

103.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

104.

Sæculum IV. *borare, dicentes, sic melius impleri præ-*
 A. C. 398. *ceptum Evangelii, ubi legitur: aspicite vo-*
 Matth. 6. 26. *latilia cæli! &c. simplices Laici sæculares*
super hac quæstione dividebantur, jamque
Ecclesiæ quies turbabatur; quam ob rem
venerabilis Aurelius jussit me hac de re
scribere, & scripsi. In hoc tractatu S.
 2. Theff. 3. *Augustinus solide exponit sensum verbo-*
 10. *rum illorum S. Pauli: Qui non vult la-*
borare, non manducet! nam desides Mo-
nachi illa verba de laboribus spiritualibus
explicabant, dicentes, quod ipsi Sæcula-
res instruerent, consolarentur, & ad pie-
 c. I. n. c. 2. *tatem exhortarentur. S. Augustinus*
 3. &c. *monstrat, verba Apostoli de labore cor-*
 15. *porali debere intelligi, verumtamen de*
labore tali, qui spiritum non nimis occu-
pet, & a rebus spiritualibus abstrahat;
Sanctum Paulum eodem modo servis Dei
 16. *præcepisse, ut laborent, & fratribus eo-*
 21. *rum, ut oblationibus suis, quod labor*
non potest, suppleant. Fatetur, illis, qui
Altari serviunt, jus esse, ut a populo su-
stentari petant, at Monachi, in quos ca-
lamum stringebat, altari non serviebant.
Advertit, otiosorum istorum hominum
plerosque in sæculo antea pauperes fuisse
& labori assuetos, nempe mancipia, li-
bertos, rusticos, aut opifices; subjungit,
magna culpa non vacaturum, si vilis con-
ditionis homines ad Professionem Mona-
sticam non admitterentur, quod sæpe ad
 altum

altum Sanctitatis apicem perveniant. Sæculum IV.
A. C. 398.
Vult autem, ut etiam ii, qui fuerat divi-
tes, pro virium suarum modo laborent. 23.

Porro S. Augustinus conqueritur, vi-
tam Monasticam obscurari a plurimis hy- 28.
pocritis, undique sub Monachorum veste
dispersis, qui a nemine missi, & nullibi
permanentes, per Provincias vagarentur.
*Aliqui eorum, inquit: ex Martyrum Re-
liquiis, si tamen tales sunt, lucrum captant,
alii in vestitu Monastico gloriantur, alii
ad parentes suos ire se fingunt, in longe
dissita provincia existentes, omnes mendi-
cant, omnes, ut sibi subsidium detur, exi-
gunt, quorum vel quæstuosam paupertatem
sustentare cogimur, vel simulatam Sancti-
tatem præmiari, & ubi contingit, ut isto-
rum impostorum crimina explorentur, Mo-
nachorum, quod gerunt, nomen sanctissi-
mæ aliorum professioni dedecori est.* Inc. 31. &c.
fine vituperat, quod ignavi hi Monachi
pertinaciter longos capillos alant; hæc
circumstantia, aliis juncta, prope fidem
facit, eos de genere Massalianorum fu-
isse. Ad hos etiam referri potest, quod Can. 44.
in uno Canone Concilii Carthaginensis
Clerici longum capillitium nutrire pro-
hibeantur.

§. XXXV.

Episcoporum arbitrium.

In eodem Tractatu S. Augustinus JE- c. 29.
sum